

circiter intervallum; quo temporis spatio commodum erat Jeremiae lugubres istas cantilenas in solatium sociorum suorum captivorum scribere.

Inscribitur Opus a Graecis Threni, i. e. Lamentationes, a Judaeis Echa, quod prima in Textu vox illa occurrat; vel Kinnoth, fletus, lamentationes. Stilo utitur Author vivo, molli, pathetico, qualem carminum hujusce genus exposcit. Elegantissimum, est quantum aliud unquam in tota antiquitate carmen, & movendis lacrymis aptissimum, quo scribendi genere excellerat Jeremias. Nec sane aliud unquam fuit vel argumentum lacrymis dignius, seu Vates fletibus aptior.

Quatuor priora capita acrostycho artificio digeruntur, quo scilicet vel singuli quique, vel bini recurrentes versus, ex una elementi Hebraici litera alphabeti ordine exordiantur. Tertii capituli tres succedentes versus ex eadem litera ducuntur; sunt autem omnes simul 66. versus. Tandem quarto capite idem ordo, ac in primis duobus restituitur. Nihil singulare spectatur in quinto Operis capite; sed in vetustis quibusdam Mss. Latinis singuli recurrentes 22. versus, praefixam habent Graeci elementi literam (h). Acrostycho eodem cum ceteris ordine digestum esse potremum hoc caput insinuare videtur S. Hieronymus (1); sed nihil plane simile in Hebraeo spectatur. Porro illud est in serie literarum elementarium notandum, quod in capitibus secundo, tertio, & quarto litera Phe pra-

ponitur litera Ain; cum vicissim in priori capite posterior haec illam praecedat; cujus rei causam quis norit? Amanuenses errorem hunc (errorem enim credebant) reparaturi, utque suum restituerent alphabeti ordinem literis, non semel Textum everterunt turbaruntque (k), invita licet & repugnante contextus & orationis serie. His tamen nequidquam obstantibus, an Jeremias hunc eundem ordinem, quem modò tenent, literis assignaverit, manet incertum. Facile ex ipso scripti, Operis tempore varietas ista repetenda est.

De Praefatione Lamentationibus praefixa egimus in Commentario; Nusquam sane illa sive in Hebraeo, sive in Chaldaeo, vel Syriaco legitur. Praeter Graecam versionem a Septuaginta adornatam, fragmenta Versionis Symmachi super sunt; rara verò aliorum Interpretum; quod scilicet Origenes Versiones Aquila & Theodotionis in Hexaplis servare neglexerit; an forte quod parum a Septuaginta variant? Inde verò deducendum sibi aliqui arbitrati sunt, nec Aquilam, nec Theodotionem vertendis Lamentationibus operam suam contulisse. Sed contrarium egregie demonstrat P. Montfaucon in Praefatione Hexaplorum.

Judeorum quidam contendunt, Lamentationes ipsissimum esse Opus, quod dicente Jeremia Baruch (1) scripto excipiebatur, cultro deinde scissum & igni injectum a Rege Joachimo (m). Sed nulla est hujus opinionis veritas, & conjectura.

k Vido notas D. Joann. Martianay in cap. 2. Bibliot. S. Hieron. p. 643.

k Baruch 1. 3.

l A cap. 1. 10. usque ad 10. tum cap. 5.

m A cap. 1. 15. usque ad cap. 2. 12. n A cap. 2. 12. usque ad 6. 3. 9.

o A cap. 3. 9. usque ad 4. 2.

p Lege finem capitis 4. & cap. 5. totum. q Antiqu. l. 10. c. 11.

r Jerem. 43. 2. &c.

s Hieron. Praefat. in expofit. Jerem. Libellum Baruch, qui vulgo Editioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebraeos, & Pseudogra- pham Epistolam Jeremia nequaquam sensus differendam. Idem Praefat. in versione Jerem. Librum autem

t Hieron. Praefat. in expofit. Jerem. Libellum Baruch, qui vulgo Editioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebraeos, & Pseudogra- pham Epistolam Jeremia nequaquam sensus differendam. Idem Praefat. in versione Jerem. Librum autem

u In Officio Sabbathi Pentecostes Proph. 64

hem Jechonias ceterique cum illo captivi (k) alitè ingemuerunt, ac collatitiam pecuniae summam Baruchi manibus commissam, in usum sacrificiorum Domini Jerosolymam transmiserunt.

Data insuper est à captivis prolixior ad fratres Jerosolymae agentes epistola, in quinque prioribus Baruchi capitibus relata (l). Porro scriptum illud ab eodem Baruch digestum ne dubitamus quidem; si- cut & afferendum eadem fide censemus, divino illum Spiritu affatus, quos in captivis Babyloniae animadverterat. In ipso Epistolae capite precibus fratrum Jerosolymae commendat Nabuchodonosorem ejusque familiam, quibus jussum tenentibus imperium, pacate ditionis dulcem quietem captare se posse confidebant. Praecum autem exigendarum in causa fuisse potere, quae ab eo Principe receperant Judaei beneficia, quippe qui vasa sacra libens remiserat. Rogant autem fratres captivi, ut sua illa epistola legatur in frequenti concione, cum scilicet populus diei festi sollemnia in Templo celebraret. Nec diffidentur crimina sua, quorum merito iustam hanc Domini ultionem in suum caput commissis; tum & minas Prophetarum, quas olim contempserant, revocant in memoriam (n). Haec in priori Epistola parte.

Secundae partis exordium instituitur à capite 3. 9. ductum à singularibus Hebraeorum supra ceteras omnes gentes privilegiis; quod scilicet Legem Domini, genitiam sapientiam, & veram felicitatis fontem ac viam soli noscent [o]. Monentur igitur Judaei, ut respiciant tandem, atque criminibus abiectionis dignos se praebeant, qui promissa libertatis facta sibi spe tandem potiantur. Porro haec de futura tandem libertate promissa totum literae epistolae occupat; variis enim aptissimis phrasibus eandem rem iterum atque iterum Author inculcat. Innuimus jam, hujus epistolae Authorem credi Baruchum, qui nunquam in ea non Prophetam agit, oracula ubique oggerens de captivitate solvenda, & restituenda Urbe, enigmatica simul phrasibus, sed non obscura sane, Christi Regnum & Ecclesiae constitutionem exprimens (p).

Jerosolymam reversus Baruch, charum sibi Prophetam convenit, communes cum illo vices subiturus. Ita copiis Nabuchodonosoris obsessa Urbe, cum Jeremias in carcerem conjectus esset, simili pariter custodia detentus & Baruch. Post captam Urbem, quo erat obsequio Nabuchodonosori observavit (q). Eductus ergo à carcere, quocunque voluntas ferret, liberè abire permissus est. Cum reliquiae populi secedere in Aegyptum decrevisset, invito licet ac pro viribus renitente Propheta (*), murmur in Baruchum excitant, quod scilicet eo autore, eorum consilia improbasse Jeremiam dicerent. Vicit tamen populi obstinatio, quibus, ne forte in efferentem licentiam, atque in Idololatram prolaberentur, ad haerendum sibi am-

bo Prophetae censerunt. Mansit Baruch in Aegypto ad obitum usque Jeremiae; quo factis functo, recepit se Babylonem. Sunt qui contendunt, epistolam Jeremiae, postremo hujus Libri capite recitatam, ab eodem Baruch delatam fuisse; sed Graeci textus autoritate in eam sententiam adducimur, commissam illam captivis mox Babylonem transferendis, antequam ambo Prophetae in Aegyptum proficiscerentur.

Quo potissimum loco obierit Baruch, ambigitur: Babylone anno captivitatis 12. contendunt Rabbini; alii in Aegypto malunt. Emortualem ejus diem ad 28. Septembris, nullo, quantum scimus, fundamento, Martyrologia consignant. Sed quantum de obitus die in dubio versamur, tantum & magis etiam constat, viri memoriam, apud Ecclesiam Judaicam, & apud Christianam in benedictione esse.

Exemplar hujus operis Hebraicum intercidit, cujus locum tenet Versio Graeca vetustissima, ex Hebraeo sine controversia adornata, ut ex frequentibus Hebraicis intelligimus. Judaei, quibus sanctum est Libros omnes non Hebraice scriptos à Canone Scripturarum expungere, opus Baruch excludunt. Gravius aliquanto in illud locutus S. Hieronymus, suspicionem facit, num Operis auctoritatem satis agnovisset (q). Nihil de illo apertius in vetustis Catalogis Sacrarum Scripturarum apud Patres & Concilia. Excidit è numero Sacrorum Librorum apud Protestantes, sicut & Catholicos nonnullos (*). Ad epistolam Jeremiae in sexto Baruchi capite quod attinet, veluti spuria notari à S. Hieronymo videtur; omisit Theodoretus in suo Commentario, ac tandem in variis Graecis Exemplaribus desideratur.

Sed ad illam vicissim adludat non obscuro à Author secundi Macchabaeorum (r); & statim post Lamentationes Jeremiae exhibent plura Exemplaria, cum interim in aliis eundem teneat ac in nostris Bibliis locum. Nihil sane ætati, moribus Jeremiae, ac tandem reliquis temporum circumstantiis absonum. Idem & de reliquo opere censendum est, cujus si forte apertior in sacris Catalogis mentio desideretur, ejus rei in causa fuisse oportet, quod sub uno eodemque Jeremiae nomine utrumque opus comprehenderetur. Nec facile satis luculenter inter haec duo distinctum fuisset in Conciliis Florentino (s) & Tridentino sess. 4. nisi silentium illud ad praevas quasdam consecutiones deduci possent ab Haereticis Patres animadverissent. Sub expresso Baruchi nomine Opus non semel Patres laudarunt (t), frequentius tamen sub Jeremiae; & hodie usque in Ecclesia aliquid legitur Baruchi sub Jeremiae nomine (u).

Nomine Baruchi inscripta prolixa factis epistola apud Syros extat; in qua ita de Angelis sermo, ut Christianum Authorem prodatur. Monachum quendam Syrum suspicatur D. Huetius olim Episcopus Abrincensis. Alia est prolixa epistola, ac ea quae recitatur in Graeco & Latino nostrorum Bibliorum.

Baruch Nota- rii ejus, qui apud Hebraeos nec habetur, nec legitur, pretermisimus. * Driedo lib. 1. de script. Eccl. cap. ult. Lyran. Dionys. Carth.

1. 2. Macchab. 2. 2. Inveni- tur in descri- ptionibus Je- remiae Prophetae: Et dedit illis legem, ne obliviscerentur praecepta Domini, & non exerrarent mentibus, videntes simu- lacra aurea & argenta &c.

s In Decreto de Script. Sacr. 1. 1. 1. 5. c. 35. contra haeres. Cyprian. 1. 2. contra Judaeos & Serm. de orat. Dominica. Clemens Alex. 1. 1. Padag. c. 10. & 1. 2. c. 3. Euseb. l. 6. De monstr. c. 19. & 1. 10. c. 3. Ambr. 1. 1. de Fide c. 2. Idem in Ps. 118. serm. 18. Jul. Firmic. ad finem Aug. 1. 18. de Civit. c. 23. Chrysost. serm. de Trinit. & demon- str. advers. Gentil. quod Christus sit modò. Basil. 1. 4. advers. Eunom. Epiph. haeres. 3. advers. Ebioncos. Hildesfons. 1. de Virgine Maria c. 6. Vi- de Maldon. in hunc Librum, & Bellarm. 1. c. 8. de Verbo Dei.

t Hieron. Praefat. in expofit. Jerem. Libellum Baruch, qui vulgo Editioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebraeos, & Pseudogra- pham Epistolam Jeremia nequaquam sensus differendam. Idem Praefat. in versione Jerem. Librum autem

u In Officio Sabbathi Pentecostes Proph. 64

IN BARUCH PROLEGOMENON.

Claro ortus genere Baruch, linguae Hebraicae scientia excelluit (a). Patre genitus est Neria, & avo Mafcia, viro utroque in regione sua amplissimo; nec minus illustris fuit dignitate fratris Saraia, qui sub Sedecia inter viros Principes suum habebat locum (b). Porro Baruch à secretis Jeremiae ad obitum ipsius comes. Sub Joachimi Regno omnia illius viri sancti vaticinia scriptis redegit, & cum in Templum secum tulisset ejus Operis volumen, coram frequenti Magnatum & populi concione expandit legitque. Cum autem post hac volumen coram Rege Joachim delatum legeretur, offensus Princeps gladio discissum in ignem conjecit (c). Absumptum iterum reparaturus Jeremias, novum ex integro, sed fufius, Amanuensi suo Baruch dictavit (d); dictavit autem quale nunc etiam superest.

Quae erat Baruchum inter & Jeremiam

rerum affinitas, graves in Prophetam nostrum persecutiones induxit; nihil enim Jeremiae malorum perferendum fuit, quod item in Baruchum non redundaret. Quare, ita Deo permittente, Baruch, cum forte die quadam animis despondens suam, itemque Patrie sortem lugeret (e), confirmandus fuit à Deo verbis Prophetae, & ita confirmandus, ut nihil ultra deinceps moveretur.

Quarto Sedeciae anno, Babylonem unà cum Saraia fratre suo (g) missus est, postulatam à Rege Nabuchodonosore, ut vasa sacra Babylonem ab ipso asportata, quo tempore Urbem simul & Regem Jechoniam coeperat, remittere dignaretur (g). Attulit unà pariter Propheta Epistolam Jeremiae (h) ad Judaeos in captivitate agentes, quo ille scripto & imminetia omnia in Babylonem mala exposuit, & libertatis spem miseris fecit. Justerat autem Propheta lectam captivis epistolam proijci in Euphratem (i), qua de re nihil à Baruch omisum. Ad ejus epistolae lectio-

l Jerem. 36. 4. 5. m Ibid. ver. 22. 23.

n Jerem. 45. 2. 3.

o Jerem. 51. 59.

p Baruch 2. &c. h Continetur Jeremias cap. 50. & 51.

q Jerem. 51. 63.

h Vido nov. Edit. S. Hieron. 1. 1. i Hieron. Praefat. in Lib. Reg. Jeremia Lamentationes & oratio ejus ejusdem numeri textur alphabeto. Sed & in multis locis non loquitur nisi de quatuor alphabetis Lamentationum, e. g. in Praefatione ad Paulinum. Quadruplex diversis modis necesse alphabetum. Vide ad Paulam Urbicam.

a Joseph. Antiq. l. 10. c. 11.

b Jerem. 51. 61. Princeps Maccabab.

c Jerem. 36. 1. 2. &c. 22. 23. &c. d Ibid. ver. 27. &c.

Nunquam Baruchi Opus Hebraicè scriptum defendit Grotius Prefat. in Baruch; quare digestum credit à Judæo quodam, ut se in Græcâ linguâ exerceret. Porro Author Operis, ait Grotius, narrat, Baruchum anno quinto transmigrations Jechoniæ Babylonem missum fuisse; quod recentior aliquis animadvertens, ratusque Baruchum nunquam re ipsa venisse Babylonem ante postremam captivitatem sub Sedecia, quædam in Textu adjecit, nullâ ceteris connexionem coherentia. Addit autem Grotius, post ea tempora Christianos Amanuenses è suo quædam pariter addidisse.

Debit planè Grotius singularis opinionis suæ conjecturas proferre. Sed ille rem tantum asseruisse contentus est, affirmans verum 2. cap. 1. ubi de Jerusalem incendio absumptâ sermo, additamentum esse secundi illius Authoris, seu potius ejus, qui epistolam recensuit; non enim, ait, nisi sub Sedecia Urbs illa incendio vastata est. Observat pariter ver. 38. cap. 3. ubi post datam Jacob Legem à Deo, factum legitur ut Deus ipse, *Post hæc in terris*

visus sit, & eum hominibus conversatus sit; observat, inquam, verba illa Christianum Authorem exprimere. Afferit tandem, epistolæ Authorem multa è Daniele in Oratione, quam recitat cap. 1. & 2. decerpisse.

Hæc Grotii objectionibus reponere in Commentario conati sumus. Quod oratio Baruchi simile quid cum altera Daniæli præferat, alteram ab altera derivari non probat; communes erant enim orandi formulæ apud Judæos. Incendium Jerosolymæ sub Jechonia speciem fuit tantum illius vastationis, quæ deinde sub Sedecia Urbem totam absumpsit. Quem tandem à Christiano quodam adjectum locum Grotius autumavit, parallelum esse credimus alteri sententiæ in Prover. 8. 30. 31. & Ecclesiastico 24. 13. 14. ubi legitur, Sapientiam, sedem suam in Israele fixisse, quippe quæ suas habeat delicias inter filios hominum; ac tandem respondet alteri Sap. 9. 10. 11. ubi Salomon mitti sibi à Deo postulat Sapientiam, opem & consilium præstituram. Quis omnia simul hæc loca suppositionis arguat?

IN EZECHIELEM PROLEGOMENON.

Ezechiel, filius Buzi, è Sacerdotali genere (a) Sarera, oriundus [b], unâ cum Jechonia Rege Juda captivus translatus est Babylonem. Quo tempore solum vertere coactus est, prophetiæ munus nondum iniverrat; missum enim à Nabuchodonosore in Mesopotamiam primò Dei Spiritus afflavit, quo tempore annum agebat ætatis 30. (c), seu potius post trigésimum annum ab inito cum Deo foedere Judæorum sub Josia [d]. Quinque jam annos egerat in captivitate, susceptumque munus integrâ 20. annorum periodo absolvit, nempe ab A. M. 3409. usque ad 3430. decimo quarto ab everfione Jerosolymæ (e). Totus est insolidandis fratribus suis unâ captivis, quos de præfata præcoci credulitate, ut ipsi quidem rebantur, suasionibus Jeremiæ, ut se citius dederent Chaldæis, metu instantis everfionis Jerusalem, animi egrotando, & mœror oppresserat. Cum enim nihil prospicerent quod fidem oraculis Prophetæ conciliaturum videretur, Ezechiel confirmandis in fide animis, novisque oraculis veteribus, quæ jam fuderat Jeremiæ, & tunc etiam edebat in Judæa, confirmandis à Deo suscitatus est. Autumat S. Hieronymus in Ezechielem 12. utriusque hujus Prophetæ Ezechielis & Jeremiæ Oracula vicissim transmissa, hujus videlicet Jerosolymam, illius verò in Chaldæam, quod eorum consensu fides Ju-

dæorum simul & religio magis magisque confirmaretur.

Cum vehementius pro extirpanda idololatria instaret, neci traditus fuit à Principibus Populi (f); corpus sepulture traditum ferunt in eodem specu ad Euphratem, in quo olim conditi Semus & Arphaxad. Monstrant hodie usque ejus sepulchrum ad Euphratem in loco 15. leucis à Bagdad; quod retro situm esse post Synagogam Judæorum inter Euphratem, & Chaboram ornatumque sciti operis fornice à Jechonia Rege, è carcere, Evilmerodachi Regis Chaldæe beneficio, educti Benjamin Tudelensis asseruit. Summâ olim religione & frequentia locus colebatur, neque enim tantum confluebant Principes captivitatis, qui annum obsequium, non sine ingenti satellitii pompâ, viro sancto exhibituri veniebant; sed etiam ejusdem religionis æmulatio Persas, Medos, ceterosque populos tenuit. Accedebat lampas, perpetuo lumine Judæorum sumptibus ardens. Autographum ejusdem Prophetæ servare se in Bibliotheca, in loco supra tumulum instructâ, jactitabant Hebræi, quem Librum singulis annis statâ die Expiationis solemniter coram frequenti populo læsitabant. Sed Hebræis hæc asserentibus quis credat?

Quæ Ezechielis nomine inscripta sunt Opera, hæc sine controversia Prophetæ genuina, nihil ad veritatem, & auctoritatem reliquum faciunt. An verò omnia ejus viri scripta supersint, in medio res est.

f Vide Vit. Propb. apud Eppb. & Benjamin. Tudel. Itiner. Se Au-Martyrol.

g Antiq. l. 10. c. 6.

h Ibid. l. 10. c. 10.

i Auctor. Tract. Theologico politico.

est. Josephus (g) duos ab illo scriptos de captivitate Libros memorat. Superfunt quidem plura ejus Prophetæ capita de hoc argumento; sed universum ejus Opus in duos libros distributum fuisse, ne vestigium quidem ullum deprehendimus.

Narrat alibi idem Josephus (h), Ezechielem, & Templi everfionem, & nunquam visurum Babylonem Sedeciam vaticinatum, suum hoc oraculum Jerosolymam misisse. Hujus rei nullum superest vestigium in Scriptis Ezechielis. Ita pariter Epistolam ad Regem Juda ejus argumenti ab eo datam interisse credimus. Pseudo-Athanasius in Synopsi autumat, gemina illa volumina, à Propheta scripta, penitus interisse. Et recentior alius Author temeritate suâ & opinionum suscepit, scripta illa Ezechielis nomine ad nos transmissa, fragmentum esse alterius amplissimi Operis; cuius rei argumentum ducit ab exordio primi capituli ita planè concepto: *Et factum est in trigésimo anno;* neque enim conjunctio *Et* exordium est Libri, sed potius partium connexio; sicut nunquam factum scimus, ut in primo Operis vestibulo certus quidam annus designetur, ne indicatâ quidem epochâ, unde supputatio illa ducatur. Observat insuper in eam rem illud capituli 1. 3. *Factum est verbum Domini (nempe factum frequentius) ad Ezechielem Filium Buzi.*

Nihil planè moramur fieri potuisse, ut Ezechiel plus aliquid scripserit, quam nostrâ ætate supersit; sed nihil pariter huic Scriptoris opinioni deferendum temere censemus. 1. Potuit opus Ezechielis in duas partes Josephi ætate distribui, quarum prima 39. priora capita contineret; secunda 9. postrema, quibus de restitutione Urbis, & Templi agitur. Author verò Synopsi auctoritate Josephi præposterè acceptâ fretus, autumavit scriptum ab Ezechiele alterum, quàm quod superesset, opus, quod deinde intercidisse sibi persuasit. 2. Ezechiel everfionis Jerusalem, & Templi vaticinium (k) in Judæam transmississe facile potuit; neque tamen Josephus unquam testatus est, missum à Propheta Jerosolymam integrum opus, in quo nunquam visurus Babylonem Sedecias legeretur. Facile enim seu vivâ tantum voce dedit hoc de Sedecia oraculum, vel epistolæ privatæ commissit, nunquam in canone oraculorum ipsius cooptatâ; 3. Si conjunctio in fronte libri occurrens de integritate operis decessisse aliquid certo quodam argumento demonstraret, eadem statim sententia ferenda esset de Libris Josue, Judicum, Jone, primo Macchabæorum, aliisque nonnullis, statimque amplioris operis veluti fragmenta quædam habere illos oporteret, quod sanè temeritatis esset non ferendæ. 4. Trigésimus annus in fronte operis inscriptus, quo potissimum referendus sit, prorsus quidem nos lætet; ætate verò quidem Prophetæ res erat exploratissima. An ideo invidia in Librum crearetur, quod aliqua contineat nobis prorsus ignota? Idem prorsus negotium posteritati fiet in nostris Epo-

chis evolvendis, quod nobis in veterum chronologia nos tenet sollicitos. 5. Dominum sæpè aliàs Ezechiel locutum, nunquam legitur in Textu; quin potius verba illa: *Factum est verbum Domini ad Ezechielem,* hoc primitus verbum Prophetæ factum demonstrant.

Tradunt Judæi, Ezechielem famulatio Jeremiæ adstridum fuisse, & diu anceps hæsisse Sanhedrin, num ejus Librum in canonem Scripturarum reciperent. Invisum enim habebant Prophetam, quod obscuritatem præ cæteris affectare, & Moyfi contraria plurima tradere videretur. Porro exordium, & finis ejusdem Prophetæ eâ obscuritatis caligine obvolvuntur, ut veteribus simul, recentioribusque Interpretibus crucem figat. Ejus lectio ante trigésimum ætatis annum Synagogæ decreto interdiceretur (l). Hæc Prophetæ 18. 2. 20. sententia: *Filius non portabit iniquitatem Patris sui,* repugnare videtur Moyfi illi Exod. 34. 7. *Qui reddes iniquitatem Patrum Filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem (*).* Quædam innovasse Prophetam videtur in præscribendis sacrificiis, post regressum à captivitate offerendis, ut in Commentario animaveremus. Levius etiam discrimen apparet in dimensionibus Templi Ezechielis, & Salomonis, uti cum de Altari Holocaustorum, & amplitudine conclavium ad latera Templi agitur.

Nonne verò unus Deus, qui olim per Moysen, idem etiam per Ezechielem loquutus est? An autem Deo lex ulla præscripserit, ne immutare quidquam, abrogare, & suppressere de legibus cæremonialibus audeat? Si docuisse aliquid superstitiosum, & erroneum Ezechiel argueretur; si auctoritate suâ licentiam, idololatriam, scelera promoveret, his sanè documentis apochryphum librum credere juberemur. Nunc verò contraria omnia; quid enim reliqui esse potuit ad sanctimoniam, quàm morum regulæ ab illo præscriptæ, quis illo fortius in crimina invehitur, quis aperiore vaticinia pronuntiat de everfione Jerusalem, captivitate Babylonicâ, ejusque liberatione, restitutione Templi, adventu Messæ, constitutione Ecclesiæ, & vocatione Gentilium ad fidem?

Omnium consensu, & jure quidem merito omnium Prophetarum eruditissimus habetur, ut juxta Prædi sententiam nihil magis impervium Propheticum textum tam longo temporis spatio reliquerit, quàm rerum mathematicarum & architecturæ tot sæculorum ignorantia. Grotius hanc de illo sententiam pronuntiat præf. in Comm. in Ezech. *Valuit eruditione, & ingenio, ita ut (seposito prophetiæ dono, quod incomparabile est) non immeritò Homero eum compares ob pulchras ennoias, comparationes illustres, magnam rerum multarum, præsertim architecturæ, cognitionem.* Potuit meo quidem judicio de illo usurpari, quod de Alcæo Quintilianus: *Alcæus in parte operis aureo plectro meritis donatur, quâ tyrannos instatur. Multum etiam moribus confert, in eloquendo quoque brevis, & magnificus,*

l Hieron. in poemio Ezech. & Comm. in cap. 1. in ejus interpretatione omnes Synagogæ Judæorum muta sunt, ultra hominem esse dicentium & de hac re, & de adificatione templi aliquid velle conari. * Vide etiam Ezech. 46. 4. coll. cum Num. 28. 9. & Ezech. 46. 6. cum. 28. 11.

a Ezech. 1. 3. b Pseudo-Epiphani. vita. Prophetar.

c Ezech. 1. 1. Et factum est in trigésimo anno. Plerique apud Hieron. in Ezech. cap. 1. ver. 1. & c. d Hieron. ibid. Cald. Theodor. Vat. Grot. alii plures. Vide 4. Reg. 22. 15. e Ezech. 40. 1.

k Ezech. 17.